

Propositiones quæ pertinenen a la prouidencia

1.^a pp.^o Deus non omnes actus bonos morales prouidit in singulari, nec prædefiniuit, vt fierent hic, et nunc: Sed solum prouidit Deus illos determinandos à libero arbitrio creaturæ.

2.^a pp.^o Non quia Deus voluit me loqui, ego loquor: Sed quia ego loquor, Deus voluit me loqui.

3.^a pp.^o Deus præsciuit me loquuturum, non quia prædefiniuit vt ego loquerer; sed quia ego eram loquuturus, ideo præsciuit me loquuturum.

4.^a pp.^o Aliqua bona fiunt in tempore à nobis, quæ non sunt prouisa à Deo.



5.^a pp.^o Deus non prouidit, nec determinauit numerum omnium rerum singularium. V. g. bouum et formicarum. etc.

6.^a pp.^o Deus non est causa operationis libera, sed tantum causat esse causæ.

7.^a pp.^o Dei prouidentia non determinat voluntatem humanam, aut quamlibet aliam particularem causam ad bene operandum, sed potius particularis causa determinat actum diuinæ prouidentia.

Pertenescen a la prouidencia, y al concurso con nro libe a luedris

8.^a pp.^o Christus non meruit quantum ad substantiam actus per mortem, et obedientiam, quam præstabat patri, sed solum meruit, qz hæc operabatur cum tanta intensione.

9.^a pp.^o Si Christus præueniretur præcepto patris præcipientis, vt vellet mori, et obedire cum tanta intensione actus voluntatis, non mereretur, quia non libero operaretur, propterea quod stante præcepto, non poterat, non operari, alias posset peccare, si posset tunc non operari.

Pertenescen a los auxilios

10.^o pp.
Ex duobus hominibus iniustis cum equali auxilio Dei, vnus agit poenitentiam, seu conuertitur, et iustificatur, et alter manet in peccato.

11.^a pp.
Omnis homo dum est in via, sufficiens per Christum auxilium habet, quo in Deum conuerti possit; nec vt tale auxilium recipiatur semper in homine, oportet, quod sit efficax secundum peculiarem effectum: sed satis est, Deum speciali assistentia assistere.

12.^a pp.
Auxilium, quod sufficiens dicitur, illud idem aliquando ea ratione vocatur efficax, quod homo illo praeueniente vtens cooperatur ad effectum: Vnde stare potest, duos praeueniri homines equali gratiae auxilio, quorum alter nihil cooperetur, cuius cooperatio principalius reducit in gratiam. quia non vult: alter vero cooperetur,

13.^a pp.
Non est maior praedeterminatio ex parte Dei in iustificatione impij quam ex parte voluntatis humanae.

En el consejo de la Inquisición de los Reynos de Castilla se ordenó que no se enseñassen mas de aquí adelante, hasta verse mas de proposito, y entenderse la qualidad de las dhas proposiciones.